DISPVTATIONVM

COLLEGII [illegible]

IVRIDICI COLO[illegible]

ORDINARIARVM ET EXTRAORDI-
NARIARVM AD PANDECTAS IVRIS
Ciuilis, Iuſtinianæi, iuxta ordinem HIERONY-
MI TREVTLERI I.C.

Volumina duo.

PERMISSV ET AVTHORITATE NOBILIS,
*& Ampliſſimæ Facultatis Iuridicæ in alma Vniuer-
ſitate Colonienſi.*

SVB ORDINARIO PRÆSIDIO

PETRI OSTERMANNI, I.V. DOCTORIS

Dictatoris, & Arnoldi Maeſs SS. LL. Licentiati Fiſci.

A

*Nobiliſſimis & Præſtantiſſimis Iuuenibus Viris, quorum nomina
ſequens pagella dabit, ſucceſſiuè diſputata,*

Poſtea verò

Dirigente

PETRO OSTERMANN [illegible]

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud IOANNEM KINCKIVM ſub Monocerote.

ANNO M. DC. XXXI.

Perilluſtribus, Generoſiſsimis ac Magnificis Heroibus, ac Dominis,

Dn. FRANCISCO HARTARDO, ET Dn. IOANNI ADOLPHO, COMITIBVS à Schwartzenberg/ BARONIBVS AB Hohenlanßberg / DYNASTIS IN Gimborn / Variſiâ, & Wildenburg / Dominis ſuis clementibus & gratioſis demiſsè colendis.

REGES Perſarum, prout author eſt *Plato, in lib qui Alcibiades primus, vel de natura hominis, inſcribitur*, Perilluſtres & Generoſiſſimi Domini, filios ſuos primogenitos, qui ſuccedebant in regno, inſtituendos curabant, quatuor Pędagogis adhibitis, quorum primus Deorũ cultum doceret, inſtitutaque regia traderet: Secundus regium adolſcentem admoneret, vt iuſtus, & in omni vita verax eſſet, Tertius, vt temperatus, neue vlla cupidine ſuperaretur: Quartus denique impauidum, fortem & intrepidum reddebat illum, ne quando quidpiam metuens, ſeruus fieret: Proculdubio eo fine, vt, quemadmodum fluuius Paradyſi ſingula horti illius amœniſſimi vireta reddens irrigua, in quatuor brachia diffindebatur, non ſecus hæc quatuor virtutum cardinalium panacæa ex crinibus Apollinis ſtillãs, guttas ſuas vndiq; in tenellos animos regios ſeſe iũctim diffunderet: His enim clarius adũbrãtur binæ illæ anchoræ, pietas ſcilicet, & iuſtitia, quibus Crates Thebanus, ad nauem, quæ tempeſtate iactatur, firmandam, vtendum exiſtimabat, quinimò duæ nutrices illæ, quas Poëtæ Ioui ſuo attribuerunt, Ida, ſcilicet & Aſtræa; Alij egregiorum facinorum authores perpetui futuri, Scyllas & Lothophagos marinos pertranſierunt, rupium teſqua repedarunt, & vt ſui nominis emeritas erigerent ſtatuas, veluti Aeneas, periculo ingenti Medea doctrice à Colchon vellus aureum abſtulère. Vtrumque, Perilluſtres & Generoſiſſimi Domini, de vobis ſine blanditijs dici poteſt, Qui non contenti, quod veſter Auus Heros victorioſiſſimus aureis famæ quadrigis per omnium Germaniæ, imò totius Europæ incolarum ora vectus, Illuſtriſſimus quoque Dominus Parens veſter de Patria noſtra multis ne

cauſis

COLLEGII COLONIENSIS

SELECTARVM DISPVtationum Iuridicarum ad Pandectas Iuris Ciuilis Iuſtinianæi.

Volumen I.

DISPVTATIO PRIMA.

De Iuſtitia & Iure.

Reſpondente Luffrido ab Ooſterwick / Cliuiâ-Cliuenſi, Anno 1629. 13. Februarij.

THESIS I.

IVſtitia (a) eſt conſtans & perpetua voluntas, (b) ius ſuum cuique tribuendi, (c) à qua ius appellatur (d).

(a) Vocabulum Iuſtitiæ ordine vocum grammatico à Iuſto rectè deriuatur, ſicut à mœſto, mœſti, mœſtitia. *VVeſ.parat.h.t.n.*2. *Diſſ. Alciat.*1.*parer.*29. quod vim ſiſtat, *Hotom.Inſtit.*1.*Enunc.* quod in ea vis ſiſtatur. Ius autem quod ſemper æquũ & bonum eſt, rectiùs à *Iubendo* deſumitur, *Donel.*1.*comm.*4.*in princip.* Notatione partim logica, ſi ſumatur pro præcepto arg. *l.*2.*ff.de ll.* partim grammatica, quia apud *Feſtum* Iura, Iuſſa, Furia, Fuſia dicta ſunt *arg.tit.Inſtit.de Lege Fuſi Can:n.toll. Diſſ. Hier. Mag.*1.*miſcell. Connan.*1. *comm.*2. Alij à Ioue patre Iuris; alij per metatheſin literarũ, quaſi vis, cui opponitur. *l.*3.*ff.h.t.* Alij quaſi ἰὸν vagum, vel à tragica eiulatione ἰοὺ dici volunt, (*b*) per metonymiam ſubiecti pro adiuncto, hoc eſt, voluntas pro habitu voluntatis, quaſi iuſtitia ſemper cupiat ſuum cuiq; tribuere, *Mynſ.ad princ. Iuſt.h.t.n.*12

DISPVTATIONVM

COLLEGII PVBLICI IVRIDICI COLONIENSIS

ORDINARIARVM ET EXTRAORDINARIARVM AD PANDECTAS IVRIS Ciuilis, Iuſtinianæi, iuxta ordinem HIERONYMI TREVTLERI I.C.

Volumen II.

PERMISSV ET AVTHORITATE NOBILIS & Ampliſſimæ Facultatis Iuridicæ in alma Vniuerſitate Colonienſi.

SVB ORDINARIO PRÆSIDIO

PETRI OSTERMANNI, I. V. DOCTORIS Dictatoris, & Arnoldi Maeſs SS. LL. Licentiati Fiſci.

A

Nobiliſſimis & Præſtantiſſimis Iuuenibus Viris, quorum nomina ſequens pagella dabit, ſucceſſiuè diſputatum,

Poſtea verò

Dirigente

PETRO OSTERMANNO Doctore & Dictatore euulgatum.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,

Apud IOANNEM KINCKIVM ſub Monocerote,

ANNO M. DC. XXXI.

DISPVTATIONES
COLLEGII PVBLICI IVRIDICI COLONIENSIS
EXTRAORDINARIÆ AD PANDECTAS IVRIS CIVILIS, IVSTINIANÆI, iuxta ordinem HIERONYMI TREVTLERI I. C.

PERMISSV ET AVTHORITATE NOBILIS & Ampliſſimæ Facultatis Iuridicæ in alma Vniuerſitate Colonienſi.

SVB ORDINARIO PRÆSIDIO

PETRI OSTERMANNI, I. V. DOCTORIS Dictatoris, & Arnoldi Maeſs SS. LL. Licentiati Fiſci.

A

Nobiliſſimis & Præſtantiſſimis Iuuenibus Viris, quorum nomina ſequens pagella dabit, ſucceſſiuè diſputata,

Poſtea verò

Dirigente

PETRO OSTERMANNO Doctore & Dictatore euulgatæ.

COLONIÆ AGRIPPINÆ,
Apud IOANNEM KINCKIVM ſub Monocerote,

ANNO M. DC. XXXI.

COLLEGII COLONIENSIS

SELECTARVM DISPVtationum Iuridicarum Extraordinariarum & Miſcellanearum.

DISPVTATIO PRIMA.

De Rerum diuiſione, & earum acquirendo Dominio, tam de Iure gentium, quam de Iure ciuili per ſingularitatem, cui inſerta eſt materia Impenſarum & Fructuum.

Reſpondente Ioachimo Friderico à Blumenthal/ Nob. Marchico.
Anno repar. Salutis 1629. die 22. Martij.

CONCLVSIO PRIMA.

SVſcepturum diſputationem de dominio permiſcere cauſas poſſeſſionis & vſusfructus non oportet, quemadmodũ nec poſſeſsio & proprietas miſceri debent, *l. 52. ff. de acquir. vel amit. poß.*

2. Etſi enim hæc dominium plenũ conſtituunt, ſeparata tamen ſunt, & nihil inter ſe habent commune. *l. 12. ff. d. tit. de acquir. vel amit. poß.*

3. Vnde id dominium plenum eſſe neceſſe eſt, quod his partibus conſtat, arg. *l. 1. ff. de orig. iur.* ſcilicet proprietate, & vſufructu. *l. 3. § 2. l. 4. ff. de vſufructu l. 58. ff. de V. Oblig. Diſſent. Gœddeus ad l. 25. de verbor. ſignif.*

4. Quę partes quo arctiores inter ſe ſunt, eò magis dominiũ reddunt perſpicuum: ille enim κατ' ἐξοχὴν eſt moderator ac arbiter rerum ſuarum, qui ſecundum vtramque partem de dominio poteſt diſponere *l. 21. C. Mandat.* etiam ad abuſum vſque permiſsiuè, *l. 25. § 11. ff. de hered. pet.*

5. Harum tamen partium dignior eſt proprietas *l. 5. C. de diſtract. pig. l. 25. ff. de verbor. ſignif.* ad hanc enim conſequendam collimat poſſeſsio *VVeſenbec. in paratit. n. 14. de vſuris & vſucap.*

6. Si-